CONSTANTINUS TITULI S. SILVESTRI IN CAPITE

S. R. E. PRESBYTER CARD. PATRIZI

SSMI DOMINI NOSTRI PAPAE VICARIUS GENERALIS

ROMANAEQUE CURIAE EJUSQUE DISTRICTUS JUDEX ORDINARIUS ETC.

Universis, et singulis praesentes nostras litteras inspecturis fidem facimus, et attestamur quod Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, suorumque Sanctorum venerationem dono dedimus Illmo, ac Rmo Dno Coelestino de la Hailandiere Episcopo Vincennensis in America, Sacrum Corpus S. SEVERAE, Marty.= extractum per Nos de mandato SS. D. N. PAPAE ex Coemeterio prope Cyriacen in Via Tiburtina die 27. Aprilis 1839 = cum vasculo sanguine tincto et reposuimus in capsula lignea papyro picta cooperta, bene clausa, et vitta serica rubea colligata, ac sigillis nostris signata, eidemque consignavimus, et ut apud se retinere, aliis donare, extra Urbem transmittere, et in quacumque Ecclesia, Oratorio, aut Cappella publicae fidelium venerationi exponere, et collocare valeat in Domino facultatem concessimus, absque tamen Officio, et Missa ad formam Decreti Sac. Congreg. Rituum edit. die 11 Augusti 1691. In quorum fidem has litteras testimoniales manu nostra subscriptas, nostroque sigillo firmatas per infrascriptum Sacrar. Reliquiarum Custodem expediri mandavimus. Romae ex Ædibus nostris die 29 Mensis Maji Anno MDCCCXLV.

Reg: Tom: III. Pag. 421.

Jos: Patr. Cong. Nasg.

Gratis Ubique

Felix Canonic. Clementi Custos